

& aquae teloneo Decommum vestro similiter dimisso & excluso, nulli Ecclesie vestrae ulterius concedenda, quemadmodum inter vos & ipsum per venerabilem fratrem nostrum Petrum Bituricensis Archiepiscopum rationabiliter facta est, & scripto firmata, auctoritate apostolica, confirmamus; Nemus, quod est juxta Ligerim fluvium, quod Vaurella, dicitur cum pratis, lacubus, & consuetudinibus, & quicquid inibi habetis: Præbendam in Ecclesia sancti Stephani Bituricensis, sicut a catholicis Archiepiscopis & Capitulo ejusdem Ecclesie vobis commissa est: remissionem processionis, quam in inventione sancti Stephani Bituricensis facere solebatis, sicut a bonae memorie Alberico quondam Bituricensi Archiepiscopo facta est, & tam ab eo quam a venerabili fratre nostro Petro, nunc Bituricensi Archiepiscopo, & Capitulo ejusdem Ecclesie, scripto authentico est firmata: Insuper etiam burgum ipsum, in quo eadem Ecclesia sancti Satyri sita est, cum immunitate, quam usque ad hæc tempora noscitur habuisse, & cum adjacenti sibi territorio juxta terminos antiquitus constitutos, idest a Dogio Gerardi defuncti per viam, quæ ducit citra ulmum Ricardi sursum tendens per vineas paululum supra Crucem usque ad fontanellas inter duas domos, & inde circumiens supra domos Fontenaici usque ad Crucem Uldrici progreditur via candida usque ad vallem Joannis de Charnis, & exinde dirigitur inter duo nemora, & per ponticulum de vineis usque in Ligerim descendit, ab omni jure vel exactioe Regum & Principum liberam, infra quod territorium ex una parte oppidulum, quod Fontinicum dicitur, ex altera verò cappella sancti Theobaudi cum ædificiis ibidem constitutis: villam, quæ dicitur Cotonis; Nemus, quod Foliolum dicitur, quod juxta nemus comitis Theobaldi, quod Harnis dicitur, situm est, in quo nemore Comitum talem habetis consuetudinem, ligna scilicet ad vestros proprios usus, medietatem pastagii, & propriorum porcorum portionem; præterea decimas ad jus Ecclesiarum vestrarum pertinentes, quæ contra SS. Patrum decreta a laicis detinentur, de manibus eorum redimendi, & quibus cumque rationabilibus modis poteritis, acquirendi licentiam vobis concedimus. Concordiam vero quæ inter vos & Sanctimoniales sancti Laurentii de Bituricensi super decimis de manu laicorum communiter acquisitis vel acquirendis rationabiliter facta est, & scripto hinc inde firmata, ratam permanere censemus. Nulli quoque fratrum post factam in præfata Ecclesia professionem absque Abbatis totiusque Congregationis permissione liceat e claustris discedere: discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Liceat autem Abbati, qui pro tempore fuerit, in eum, qui vobis ignorantibus aut invitis discesserit, si secundo tertiove commonitus redire contempserit, canonicam perferre sententiam. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel major pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam, de suo seu de alio, si expedierit, ejusdem Ordinis collegio providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eandem Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones aufer-

Nonnulla concedit privilegia, si autem quæ pro Cænobii quiete, regimine, & libertate.

Clausula.

re, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, atque Archiepiscopi Bituricensis canonica justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

- EGO ALEXANDER Cathol. Eccl. Episc.
Ego Ubaldu Osiensis Episc.
Ego Bernardus Portuensis & S. Rufinæ Episc.
Ego Gualterius Albanensis Episc.
Ego Ubaldu Presb. & Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.
Ego Henricus Presb. Card. tit. sanctorum Nerei & Achillei.
Ego Guill. Presbyter Card. tit. sancti Petri ad Vincula.
Ego Jacintus Presb. Card. tit. S. Mariæ in Cosmedin.
Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Ego Boso Diac. Card. sanctorum Cosmæ & Damiani.
Ego Cintius Diac. Card. S. Adriani.
Ego Petrus Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ.
Ego Manfredus Diaconus Card. tit. S. Georgii ad Velum aureum.
Datum Bituricis per manum Hermanni S. R. E. Subdiaconi & Notarii, XVI. Kalendas Junii Indictione XII. Incarnationis Dominicæ anno MCLXIV. Pontificatus verò Domini Alexandri Pontif. III. anno V.

Dat. die 17. Maii anno Dom. 1164. Pont. anno V.

XVIII.

Confirmatio Monasterii Boni-fontis Aduren. Digressis, honorumque omnium ad illud spectantium, quæ diminui, aut quolibet modo molestari interdicitur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Petro Abbati Monasterii Boni-fontis, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in præfato Monasterio.

Ex Gal. Christ. nov. edit. To. I. inter Inscriptum. Eccles. adurenfis n. XII.

Religiosis votis annuere, & ea operis exhibitione complere, officium nos invitat suscepti regiminis, & ordo videtur exigere rationis. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino participati estis obsequio, sub beati Petri firma protectione

Exordium. Monasterium sub protectione Sedis Apostolicæ recipit.

Bonaque omnia eidem confirmat.

tectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus: In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, atque Cisterciensium fratrum institutionem in vestro Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo Abbatis sita est, a quercu Genitheo usque ad rivulum de Manirera, ab Agunta de Sylveyra usque ad cacumen montis sancti Canii, ut recta linea vadit ad Exarlobin: totum locum de Exarlobin, Abbatiam de Balbona cum grangiis, & omnibus pertinentiis suis; Abbatiam de Caritate, quæ Foleus dicitur, cum grangiis & omnibus pertinentiis suis; terram de Bofartigua; totam terram de Cugorra, de Silva, de Sylveyra, de Medas, de Grah, de Morters, de Ofan, de sancta Maria, de Seih, Ecclesiam de Seih cum omnibus pertinentiis suis, locum de Labbatut, totam terram de Marera, locum de Sol Ademari de Castus, totam terram de Gotald Cuguravel, totam terram de Ruera, domum Arnaldi Bonag de Casanova, de Ardinag, de Rochan, de Villanova; terram Rogeri de Senadors, de Cassanha-bella: grangiam de Nodas cum pertinentiis suis; terram de Sedni, grangiam de Canet, de Carbona, de Riulan, de Laissa de Querelag, de Borgal, de Rua, de sancto Laurentio cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de Bonemayfo, de Minag, totam terram alterius Minag cum omnibus pertinentiis suis, totam terram de Quini cum omnibus pertinentiis suis, domum Comitum Convenarum de Salvetat S. Egidii; grangiam de Las cum omnibus pertinentiis, totam terram de Spinaira, casale de Sagara cum omnibus pertinentiis suis; Bofeus cum omnibus pertinentiis suis; Hospitale de Bofeus cum omnibus pertinentiis suis; Pentegens cum omnibus pertinentiis suis; grangiam sancte Fidei cum omnibus pertinentiis suis; Estivam de Semestra cum omnibus appenditiis, de Rivo majori cum omnibus appenditiis suis, donum de pasuis Comitum Convenarum Enardi, de punctis Galardæ uxoris ipsius, Bernardi de Turra, Bernardi de Montald, Ramundi Guillelmi de Beura, & fratrum ejus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus vel sumptibus vestris, sive de nutrimentis vestrorum animalium, decimas aut primitias a vobis nullus præsumat exigere. Adjicientes etiam auctoritate Apostolica interdicens, ut quis fratrum vestrorum clericus sive laicus post factam in vestro Monasterio professionem absque vestra licentia suscipere audeat vel retinere; paci quoque & tranquillitati vestre paternæ sollicitudine providentes, auctoritate Apostolicâ prohibemus, ut infra clausuram locorum, sive grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam, sive furtum facere, vel hominem capere audeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino ho-

decimarum solutione existit.

Ex Monasterio inde animum consili.

Bull. Rom. Top. II.

minum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Clausula.

Alexander PP. & S. R. E. Card. sub- scriptiones.

- EGO ALEXANDER Catholice Ecclesie Episc.
Ego Ubaldu Presb. Card. tit. sancte Crucis in Hierusalem.
Ego Joannes Presbyter Cardinalis tituli sancte Anastasie.
Ego Eguillinus tituli sancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis.
Ego Arnaldus Episcopus.
Ego Bernardus Portuensis & sancte Rufinæ Episcopus.
Ego Gualterius Albanensis Episcopus.
Ego Jacintus Diaconus Cardinalis sancte Mariæ in Cosmedin.
Ego Otto Diac. Card. sancti Nicolai in Carcere Tull.
Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori.
Ego Boso Diac. Card. SS. Cosmæ & Damiani.
Ego Cintius Diac. Card. S. Adriani.
Ego Raymundus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata.
Datum apud montem Pessulanum per manum Hermanni, S. R. E. Subdiaconi & Notarii, XII. Kal. Augusti, Indictione XII. Incarn. Dom. an. MCLXIV. Pontificatus verò Domini Alexandri PP. III. anno V.

Dat. die 27. Junii an. Dñi 1164. Pontif. ann. V.

XIX.

Monasterium S. Illidii, ejusque possessiones omnes Claromonteu. Diocesis sub tutela Sedis Apostolicæ suscipiuntur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei & c. Arnaldo Abbati Monasterii B. Illidii, ejusque fratribus.

Ex Tom. II. Gall. Christ. nov. edit. inter Inscriptum. Claromont. Eccles. num. XXXVII.

Quotiens illud a nobis petitur, quod Religioni & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium.... sub beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuentes, ut Monasticus Ordo, qui

Exordium.

C c c a

secundum Deum, & beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona, idem Monasterium in præsentibus iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, propitiante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam de Duriaco cum suis pertinentiis: quicquid habetis in villa de Grisolo, Ecclesiam de Vincherio cum cappellis ejusdem castelli & cæteris suis pertinentiis, Ecclesiam de Chafannolis, Ecclesiam de Belvezer, Ecclesiam S. Petri de Chalmez, Ecclesiam S. Felicis, Ecclesiam sancti Illidi de Valencha, Ecclesiam de Neyraco, Ecclesiam de Blanzaco, Ecclesiam S. Boniti, Ecclesiam de Nebefac, Ecclesiam de Agella, Ecclesiam de Schevina, Ecclesiam de Basvilla cum pertinentiis earumdem, Ecclesiam S. Petri Vetuli, Ecclesiam sancti Cassii cum pertinentiis suis: Ex dono Fulconis de Jaliniac terras & redditus de Ponte Lategeno usque ad Bellum-montem, & dominium in villa sancti Elidii. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sunt, nullus obstat: salvâ tamen iustitiâ parochialium Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum Deum, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut suas possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apost. auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicâ iustitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundò tertiove communita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat &c.

EGO ALEXANDER Catholicæ Eccl. Episc. fs. Ego Ubaldu tit. S. Crucis in Hierusalem fs. *Subscribunt alii undecim Cardinales.* Datum apud Clarum-montem per manum Hermanni S. R. E. Subdiaconi & Notarii, XVII. Kal. Jul. Indict. XIII. Incarnationis Dominicæ MCLXV. Pontificatus Domni Alexandri PP. III. anno IV.

Bona omnia confirmantur.

Loci sepul-turam liberam vult.

Et Abbatem a Monachis eligendum.

Classula.

Dat. die 17. Janii anno Dom. 1165. Pont. an. VI.

XX.

Simile Privilegium pro Monasterio Mauzia-censi ejusdem Diocesis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Petro Abbati Monasterii Maziacensis, cunctisque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, J. N.

Effeetum iusta postulantibus indulgere, & vigor equitatis, & ordo exigit rationis; præsertim quando petentium voluntatem, & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Ea-propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris nostri sancte recordationis Adriani Papæ, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communitus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impræsentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam de Gatteria, Ecclesiam de sancto Hilario cum cappella, Ecclesiam de Giaco, Ecclesiam de Marencalmis, Ecclesiam de Bortis, Ecclesiam de Oenc cum Parochia de Faravel, Ecclesiam de Rubiaco Royac cum appenditiis suis, Ecclesia videlicet de Castello pontis-Gibaldi, Ecclesiam de sancto Urfo, Ecclesiam de Montibus cum cappella de Castro, Ecclesiam sancti Ypoliti, Ecclesiam de Wlvico cum cappella sancte Mariæ, Ecclesiam de Mariaco, Ecclesiam de Monestrollo, Ecclesiam de Ceresio, Ecclesiam de Sana-cultura, Ecclesiam de Cella, Ecclesiam de Aluchiis, Ecclesiam sancti Andree de Pathas, Ecclesiam sancti Boniti de Calmis, Ecclesiam de Roccaforti cum cappella de Castro, Ecclesiam sancti Boniti Montis-pancheri cum cappellis de Castro, Ecclesiam de Bodonia, Ecclesiam sancti Germani cum cappella de castro, Ecclesiam sancti Romigii, Ecclesiam de Sulec, Ecclesiam de Crusec, Ecclesiam de Laurigiis, Ecclesiam de Cos, Ecclesiam sancti Desiderii, Ecclesiam de Dreituirbias cum Ecclesia sancti Projecti & cappella de Palicia, Cappellam de Botiaco, Ecclesiam sancti Ambrosii, Ecclesiam Montis-petrosii, Ecclesiam sancti Dionysii, Ecclesiam de sancto Leontio prope Monasterium vestrum, Ecclesiam sancti Laurentii, Ecclesiam sancti Pauli, Ecclesiam sancti Calmutii, & Ecclesiam sancti Martini cum pertinentiis earum, Primiliacum, Tauriniacum, Mabiliacum, Salziniam, Plunberiam, Amanziacum, & Mirabel-lum cum villa adjacenti: terras de feudis domni de Cresto & domni de Rochafort in Labartes; quicquid habetis in feudis domini de Camaleria, & domini de Ponte: terras de feudis domini de Caslucio, & domini de Turnolio, domini de Turriaco, domini de Monte-Gasconis, domini de Enaziaco, & domini de Cabaziaco,

Ex Inc. sig. XLVII.

Exordium.

Monasterium hoc sub protectione Sedis Apost. suscipimus.

Bona omnia eidem confir-mantur.

XXI.

Confirmatio Bonorum omnium, pertinentium ad Monasterium S. Savini Tarbien. Diocesis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Deusdet electo sancti Savini, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur, &c. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: castrum ipsum, in quo idem Monasterium situm est, Ecclesiam sancti Joannis cum villa de Bencus cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Martini de Arisians cum omnibus, que infra ejusdem terminos idem Monasterium habet, Ecclesiam sancti Martini de Cautes cum balneis, & quicquid in valle ipsa vel in æstivis habetis, cappellam sancti Andree de Solon, villam de Nestalas cum terminis suis & cappella sancti Petri ejusdem villa, cappellam sancti Bartholomæi de Adast, cappellam sancti Martini de Balaignas, Ecclesiam sancte Mariæ de Castel, Ecclesiam sancti Saturnini de Orou, & quicquid infra terminos ipsius villa habetis, cappellam sancte Cæcilie de Uzol, Ecclesiam sancti Saturnini de Ugos, quicquid habetis in Ecclesia sancte Mariæ de Cera, quicquid habetis in villa de Arreins, in prædiis, decimis, & rusticis; quicquid habetis in villa de Aucum, & in villa de Guallaguos, & in villa de Areifans, & in villa de Bun, in prædiis, decimis & rusticis; quicquid habetis in villa de Arras, & infra terminos ejusdem villæ; quicquid habetis in Villa longa, & in Ecclesia ejusdem villa, in prædiis, decimis, & rusticis; Ecclesiam sancti Vincentii de Beaviens cum pertinentiis suis, villam de Sovin cum pertinentiis suis, boveriam de Puiffeda cum pertinentiis suis, boveriam de Sois cum pertinentiis suis, quicquid habetis in villa de Lurp, in prædiis, & decimis; quicquid habetis in villa de Curell, & infra terminos ejus, in valle de Baretge cellam sancte Mariæ cum pertinentiis suis, quicquid habetis in Ecclesia sancte Mariæ de Villars, boverias de Thiezam & Balaignam cum pertinentiis suis, quicquid habetis in Ecclesia de Geu, domos, quas habetis in Syracusana civitate cum solo sibi pertinenti, hortum cum vineis extra eandem civitatem, campos quos habetis in territorio de Curtida; & quicquid præscriptum Monasterium a quadraginta annis huc usque iusto titulo quietè & inconcusse possidet, & impræsentiarum noscitur pacifice possidere, vobis nihilominus auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare &c.

Ex Gall. Christoph. nova edit. T. I. Inter. Infrum. Eccl. Tarbien. nu. VIII.

Bona, que confirmantur.

Alexandri PP.

Nonnulla statuit pro quiete & immunitate & regimine Monast.

Classula.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 15. Janii anno Domini 1165. Pontif. an. VI.

- terras, quas habetis in feudis domini de Ponte-pancerio, & domini de Scuola, & domini de Castello sancti Germani. Statuimus etiam, ut nulli fas sit, novas & indebitas consuetudines vel exactiones eidem Monasterio vel Ecclesiis ejus imponere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse censemus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat; salvâ tamen iustitiâ matricis Ecclesie. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Deum, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicâ iustitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundò tertiove communita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, ream, que se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscit, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subiaceat; Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen. EGO ALEXANDER Catholicæ Eccl. Episc. Ego Ubaldu Ostiensis Episc. Ego Bernardus Portuensis & S. Rufinæ Episc. Ego Gualterius Albanensis Episc. Ego Ubaldu Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem. Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anastasie. Ego Guillelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula. Ego Jacintus Diac. Card. tit. S. Mariæ in Cosmedin. Ego Otto Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano. Ego Boso Diac. Card. SS. Cosmæ & Damiani. Ego Cintius Diac. Card. sancti Adriani. Ego Petrus Diac. Card. S. Eustachii juxta Templum Agrippæ. Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum. Datum apud Clarum-montem per manum Hermanni S. R. E. Subdiac. & Not. XVII. Kal. Jul. Indict. XIII. Incarn. Dom. an. MCLXV. Pontificatus verò Domni Alexandri PP. III. an. VI.



BE

Ego